

SCRIPTA

Numéro Scripta : 6518

Autre(s) référence(s) : Bates 173 / Round 1042

Auteur(s) : Hamelin de Langeais [particulier]

Bénéficiaire(s) : Le Mans, Saint-Vincent (abbaye)

Genre d'acte : charte

Authenticité : non suspect

Datation : [1073-1077]

Lieu d'émission : Bonneville-sur-Touques Le Mans

Action juridique : donation

Langue du texte : latin

Analyse

Hamelin de Langeais et sa femme Helvise, fille d'Odon Doubleau, donnent les églises Notre-Dame de Tuffé et Notre-Dame de Montdoubleau à l'abbaye Saint-Vincent du Mans. Guillaume [Ier], roi d'Angleterre, confirme ces donations.

Tableau de la tradition

Éditions principales

a. Charles Robert (Abbé), Menjot d'Elbenne Samuel, *Cartulaire de l'abbaye de Saint-Vincent du Mans (Ordre de Saint-Benoît)*, premier cartulaire : 572-1188, Mamers, Fleury (Société historique et archéologique du Maine), 1886-1913, col. 105-109, no1. 175-179

b. Bates David, *Regesta Regum Anglo-Normannorum*, the Acta of William I (1066-1087), Oxford, Clarendon Press, 1998, n° 173, p. 571-575.

Indications

Round John-Horace, *Calendar of Documents Preserved in France, Illustrative of the History of Great Britain and Ireland*, 918-1206, Londres, Her Majesty's Stationary Office, 1899, n° 1042, n° 1043. Davis Henry William Carles, *Regesta Regum Anglo-Normannorum, 1066-1154*, vol.1, Regesta Willelmi Conquestoris et Willelmi Rufi, 1066-1100, Oxford, Clarendon Press, 1913, n° 70, n° 74.

Dissertation critique

Datation proposée par D. Bates (voir BATES, *Regesta Regum Anglo-Normannorum*, p. 572).
Round 1042 ; 1043.

Texte établi d'après b

Quisquis sanctorum consors et perpetue retributionis particeps fore desiderat, oportet ut de rebus caducis et transitoriis celestia semperque manentia adquirere studeat. Proindeque ego Hamelinus de Longiaco pariterque uxor mea nomine Helvisa filia Odonis Dublelli, peccaminum nostrorum sarcinam cum Dei timore considerantes, pro salute animarum nostrarum atque parentum nostrorum, insuper et pro remedio anime Hugonis Dublelli minoris filii scilicet Odonis Dublelli, cuius corpus in claustro sancti Vincentii sepultum requiescit, una cum assensu et

voluntate filii nostri Wauterii et filie nostre Hersendis, meique privigni nomine Ilberti qui fuit filius Pagani, adhibito etiam consilio et favore fidelium et amicorum nostrorum, hortatu quoque et diligenti precatu domni Ernaldi Cenomanensis episcopi atque domni Raginaldi abbatis, donavimus Deo et sancto martiri Vincentio locum sancte Marie vocabulo Tufiacum, iure perpetuo habendum, et in nomine celle semper possidendum, cum omnibus sibi appendiciis, terra scilicet culta et inculta, bosco, vineis, pratis, molendiniis, furnilibus, equitumque beneficiis, tali scilicet conventionis tenore ut in eodem Tufiacensi loco sancte Marie semper Deo assidue sex monachi deserviant, quorum tres sacerdotes sint, ita tamen si loci substantia adeo habundaverit, ut ibi vivere possint. Quicquid vero, preter eorum victualia, necessaria supererit, ad rectam abbatis sancti Vincentii dispositionem secundum Deum tractetur. Donamus preterea eidem Deo et sancto Vincentio, habendam perpetualiter atque possidendam, ecclesiam sancte Marie de Monte Dublelli, cum omnibus rebus ad illam pertinentibus, sicut eas melius canonici solide et quiete et integre eam tenuerunt antea, et quicquid ad eandem ecclesiam beate Marie recte pertinuisse, bonorum virorum testimonio approbari poterit. Concessimus etiam, et ex tota voluntate annuimus, cum consensu et favore omnium supradictorum, ut quicumque hominum nostrorum volet, habeat liberam donandi seu vendendi licentiam abbati et monachis sancti Vincentii aliquid sui beneficii, ita tamen ne nos servitium debitum seu castelli nostri amittamus custodiam. Ut autem dona supramemorata firma amodo permaneant stabiliaque omni tempore, accepi ego Hamelinus a domno Raginaldo sancti Vincentii abbate et a monachis eius centum libras denariorum Cenoman(nensium), et uxor mea supranominata unam libram auri. Ad mandandam igitur posteris suprascriptorum donorum tenacem memoriam, iussimus inde scribi, sicut mos est, hanc testamenti cartam scriptamque manibus propriis firmavimus, et a quibus oportuit, rite fecimus corroborari, in qua etiam testium nomina cum signis sunt annotata. Signum Hamelini +. Signum Helvise +. Signum Waulterii filii sui +. Signum Hersendis filie sue +. Signum Ilberti privigni sui. Signum Mathei de Monte Aureo. Signum Drogonis fratris eius. Signum Fulcherii de Monte Dublello. Signum Rainardi fratris eius. Signum Sevini de Sancto Karileppho. Signum Willelmi de Rezena. Signum Maugerii. Signum Gauscelini Britonis. Signum Goffridi filii eius. Signum Effredi de Chinon. Signum Raherii de Artin. Signum Gaufridi de Maceriis. Signum Roberti Godechalli. Signum Fulcherii de Burguillio. Signum Arnaldi Cenomannensis episcopi +. Signum Wandelberti canonici. Signum Drogonis canonici. Signum Ribaudi. Signum Warnerii. Signum Raginaldi abbatis +. Signum Tescelini monachi. Signum Hugonis monachi. Signum Warini monachi. Signum Ernulfi presbiteri. Signum Lamberti clerici. Signum Widonis Scoriatoris. Signum Salefridi. Signum Odonis +.

Acta autem fuit hec auctorizatio in urbe Cenomannica in capitulo sancti Juliani iiii d kalendas Aprilis, tempore Philippi Francorum regis, eo videlicet anno quo Robertus Willelmi regis Anglorum filius comitatum Cenomannensem recuperavit. Et ergo Ernaldus Cenomannorum episcopus hoc etiam isti pagine inseri precepi, ut qui huic voluntati nostre atque favori obvius esse voluerit maledictionem illam incurrat, quam propheta in psalmo CVIII inde cantavit, et presens pagina maneat inconversa quam pro rei huius firmitate, manu propria subscripsi, et fratribus meis beati Juliani canonicis roborandam tradidi quorum hic nomina conscripta sunt cum signis. Signum Hoelli decani +. Signum Ingelberti precentoris. Signum Algodi. Signum Sabini. Signum Umberti. Signum Aviani. Signum Raginaldi. Signum Hugonis. Signum Wauterii Osberni. Signum Wandelberti. Signum Frogerii. Signum Huberti. Signum Witherii. Signum Godefridi. Signum Warini. Signum Johannis. Signum Raginaldi abbatis. Signum Alberici monachi. Signum Willelmi monachi sancti Petri +.

Sciendum est etiam quod Hugo Dublellus iunior, cum fine vite sue confessionem peccatorum suorum faceret, annuit Deo et beato Vincentio, in cuius claustro sepultus est, locum Tufiacensem supramemoratum sub presentia et testimonio duorum sacerdotum Aviani atque Sabini, audiente Herberto filio Hugonis et eius uxore.

Hoc quoque preceptum firmavit Willelmus Anglorum rex in capella sua in loco qui nominatur Bona Villa, in die dominico medie XLme, h sub presenti testimonio horum virorum, scilicet Arnaldi Cenoman(ensis) presulis, Hugonis Lexoviensis episcopi, et Osmundi cancellarii, Wandelberti clerici, Raginaldi abbatis, Willelmi et Herberti monachorum sancti Petri Culture, et Richardi monachi sancti Vincentii +.

Firmavit etiam hoc preceptum Robertus comes, filius videlicet Willelmi Anglorum regis, in capella sancti Michaelis que iuncta est ecclesie beati Juliani, et in vigilia apostolorum Petri et Pauli, videntibus et audientibus his viris, Arnaldo Cenomanensi episcopo, Raginaldo abbate, Algerio et Goscelino sancti Vincentii monachis, Roberto de Bellomonte, Willelmo Wauterii filio, Richardo de Miriaco, Odone filio Coroldi, Roberto de Sicca Villa, Girauda capellano, Wauterio presbitero +. Signum Hamelini +. Signum Helvide uxoris eius +. Signum Wauterii filii sui +. Signum Hersendis filie sue +. Signum Ilberti privigni sui +. Signum Gervasii filii Roberti de Castello Lid, qui hanc cartam firmavit sub Monte Cordis, presentibus his testibus quorum signa hic scripto sunt : Signum Hugonis de Gena +. Signum Orrici de Sancto Karileppho. Signum Alberici de Mileticia. Signum

Roberti de Acra Villa. Signum Warini filii Aviarii. Signum Roberti vicarii. Signum Tegui Britonis, Signum Hervei bellatoris Sancti Petri Culture. Signum Helinandi de Cathedris. Signum Elinandi filii Alardi. Signum Amelini Fac Malum. Signum Simonis de Selgiaco. Signum Teberti. Signum Martini. Signum Costardi. Signum Lisoi. Signum Mathei de Monte Aureo. Signum Drogonis fratris eius. Signum Fulcherii de Lavarzin. Signum Rainardi fratris eius. Signum Sevini de Sancto Carilleffo. Signum Willelmi de Rezena. Signum Maugerii. Signum Goscelini Britonis. Signum Goffridi filii eius. Signum Effredi de Chinon. Signum Raherii de Artin. Signum Goffridi de Maceriis. Signum Roberti Godescalli. Signum Fulcherii de Burguilio +. Signum Radulfi Turonensis archiepiscopi +, qui hanc firmavit cartam in camera sua, precatu Hamelini de Lengiaco, presentibus istis : Gaufrido decano, fratre Hamelini, Fulcherio subdecano, Odone clerico Ernaldi episcopi, Raginaldo abbate, Alberico et Willelmo, monachis suis. Signum Gersendis comitisse, de cuius beneficio est locus supradictus +. Signum Huberti Ribole. Signum Petiti. Signum Nihardi Mala Musca. Signum Ingelberti vicarii. Signum Fulcoii vicarii. Signum Godefridi subvicarii. Signum Landrici Vallonis. Signum Sainfredi. Signum Ansegisi macellarii eiusque filii Jordanis. Signum Gaufridi de Meduana, cuius precatu hec carta firmata est in camera prefate comitisse +.

Post aliquantum temporis, Ildebertus, cognomento Paganus, filius predictae Helvise, quando Montem Dublellum recuperavit, iamdictam conventionem calumpniari cepit. Pro qua re dedit abbas Rannulfus et monachi Sancti Vincentii XL libras Cenomannensium denariorum, et unum equum valentem X libras ; et omnes supradictas conventiones annuit, donumque huius favoris super altare Sancte Marie, apud Montem Dublellum posuit, et de ipsa eadem ecclesia Montis Dublelli, cum omnibus rebus ad eam pertinentibus, videntibus et audientibus his testibus : Hildeberto, cognomento Pagano, Hugone Salomone, Roberto de Monte Aureo, Wauterio de Avena, Drogone Bucel, Harduino de Marson, Raherio filio Achardi, Halgerio de Spaniaco, Huberto de Franchevilla, Hugone de Curgenart, Raginaldo Beccastella, Frederico Machefer, Roberto filio Hamelini, Willelmo filio Fulconis, Ermenhald, Goscelino, Bernerio fabre, Willelmo clerico, Ernulfo de Espelterias, Widone fratre suo, Gauterio de Malis Ingeniis, Rannulfo abbate, Harduino, Constantino, Wauterio, monachis.